

gravissime], et collectis centum milibus pugnat[orum per Saxoniam ten]dunt, ipsisque loca omnia, per que ire [deva]stantibus, populus Thuringorum in opido munito, quod burg vocatur, cum omni supellectili sua se re[cepit, even]tum inique et tenaciter(?) expectans in eodem loco, videlicet quinquaginta milibus, est obsessus. Quinquaginta milia in Saxoniam et maxime Elm dicitur, sunt diffusi. Cumque cedes [et pre]das atrociter nullo resistente committerent et sic secure commessionibus vacarent, Henricus rex [cum] quattuor milibus electorum militum invadit hostes inprovisos, utpote de robore [suo] confidentes et neminem timentes, Dei adiutorio et potentia in extremam [confusionem] perturbat. Quicumque periculum evaserunt, misere nudati revertunt, fuga autem se elapsos crediderunt, in locis ignotis et pa[ludibus] submersi turpius perierunt. Qui vero ad fugiendum [ex]peditiores erant, cum ad socios venissent, quos in obsi[dione] Thuringorum dimiserant, eis fuerunt horrore potius, ita ut illi traderent se ac cum fugientibus fu[gerent], et populus omnium terrarum, per quas fugiendo ire oportuit de liber[atione] gaudium habens fugientibus insultat, eisque novi persecutores superveniunt, qui eis caedem et pericula [para]verunt.

Seite 2.

[Hen]rico imperatori fuerunt tres filii: Bruno [archiepiscopus] Coloniensis, Otto imperator huius nominis primus, et dux Bavarie. Anno itaque Domini d^o. cccc^o. lx^o Otto, qui, ut subsequitur, promotus ad imperium ecclesiam [Magde]burgensem fundavit, qui, cum pro subsidio sedis apostolice vo[caretur in] Italiam, consilium habuit, quem post se vicarium potestatis s[ue ad tract]andam iusticiam in Saxonia relinqueret. Nondum [post] tempora Karoli propter veteres gentis illius seditiones Saxonia [ducem] accepit nisi cesarem. Qua necessitate rex persuasus, [Her]manno primum tutele vicem in Saxonia commisit. Huius pater Byling vocabatur, cuius nulla est memoria propter persone proprie modicitatem, quia pauperibus ortus nata[libus] est Hermannus, a quo processerunt principes subscripti: reges, duces, marchiones et plures incliti duces [Brun]swicenses. Qui Hermannus primo VII mansos dominicos [habuit], sed quia acris erat ingenii et decoris forme, ad f[amiliaritatem] huius imperatoris pervenit. Qui, conperta iuvenis in[du]stria, aggregavit eum numero ministrorum suorum. Deinde [nutricium] precepit eum esse filiorum suorum. Mox suc-